

DE DIVERSIS GENERIBVS LEPRARVM EPISTOLA XIII.

filios Seth: & erit Edom hereditas eius: fornicat cum filiabus Madian: & Fines filius Eleazar zelatus est zelum domini & scortum madianitide pugione transfigit: unde & accepit premium in aeternam memoriam armu victimae. Numerat rursum populus: ut interfectis pessimis nouus populus dei censetur. Interpellant quinque filiae Sephaad: & ex iudicio domini hereditatem accipiunt inter fratres suos: nec femineus a possessione dei sexus excludit. Iesus Moysi in monte succedit: & adificat a lege quae spiritaliter ferre debeat in ecclesia. Primum quid per singulos dies: deinde quid sabbato: quid in kalendis, quid in pascha: quid in pentecoste: quid in neomenia mensis. vij. quod in ieiunio eiusdem mensis die. x. quid in scenophegya quando figurant tabernacula. xv. die supradicti mensis. Vxorum & filiarum vota absque auctoritate patrum & virorum cassa memorant. Bellum contra madianitas: & mors diuini Balaam: & praedae diuisio: & oblatio ex ea in tabernaculo dei. Primum Ruben & Gad & dimidia tribus Manasse ultra Iordanem in heremo possessionem accipiunt. plurima enim habebant iumenta: & necesse ad id venerunt ut possent habitare cum templo. Docet populus ut in terra sancta idola destruat: & nullus de priori habitatore seruet. Describit olim cupita prouincia: & duarum semis tribuum hereditas separat. Numerant tribuum principes: qui terram cunctam debeant introire. Quadragintaduas urbes cum suburbanis suis usque ad mille passus per circuitum leuite accipiunt. tot numero quot & istae sunt mansiones. Et adduntur fugitiuorum sex aliae ciuitates. tres intra Iordanem ut sint simul. xlvij. Qui fugitiuorum suscipi: qui interfici debeant & usque ad mortem pontificis maximi referuari: succedit Deuteronomij secunda lex: mediatorum euangelij. ibique breuiter dicimus: quae inter Pharaonem & Tophel & Laban & Aseroth: & loca aurea abiectione Iuda infelicissimo. xi. diebus via de choreb: per viam montis Seon usque ad cades Barne Moyses populo sit locutus: & extremum canat canticum. in quo apertissime synagoga proficit: & ecclesia domino copulatur. Impinguatus est & incrassatus ac dilatus: & recalcitrauit dilectus: & oblitus est dei saluatoris sui. Et iterum generatio pessima. filij in eruditum ipsi ad emulationem me pericula cauerunt in eo qui non erat deus. Irritauerunt me in sculptilibus suis: & ego zelare eos faciam nationes: & contra gentem stultam irritabo eos. Benedicunt filij Israel. Et rursum in Symeone Iudas miserandus excludit. Ascendit Moyses ad montem Nabo: in vertice Phasga qui est contra Hiericho: & ostendit dominus omnem terram Galaad usque Dan & Neptalim & Efraim & Manasse: & uniuersam terram Iudae usque ad mare magnu contra austrum & regionem campestris Jerichontis ciuitatis palmarum usque Segor. Quis potest tanta nosse mysteria? Quis in extremis legis & huius viarum finibus constitutus intelligit: semper sibi esse pugandum: Et tunc plenam victoriam dari si fuerit in campestribus: si in Abelsalym quod interpretatur luctus spinarum: fleuerit antiqua peccata: & spinas quae suffocauerunt semina verbi dei. Et de quibus propheta dicit: Versatus sum in miseria ps. 31. dum michi configit spina. Et tunc praeparatus deficiente manna sub duce Iesu Iordanem transeat: & circumcisus cultro euangelij: primum comedat de caelesti pane: & occurrant ei principes exercitus dei: ut verum pascha nequaquam in aegypto: sed in finibus terrae sanctae comedat. O profundum diuitiarum sapientiae & scientiae dei: quae inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viae illius. Quis sapiens & intelligit haec? Intelligens & cognoscat ea: Quia rectae viae domini: & iusti ambulabunt in eis. Prauaricatores autem corruent in illis.

Beati Hieronymi presbyteri de diuersis generibus leprarum ostendens illarum subtilem descriptionem ad peccatum magis anime quam morbum corporis pertinere.

EPISTOLA XIII.

Admirabile diuinae dispositionis examen. Quae exhiberi sibi deus ac deferri voluit magno consilio & sollerti scientia ac ratione mandauit. Diuersa enim hominum moribus generata naturarum: diuersis statuit preceptorum sententiarum gubernari. Alius enim imaginariū legis opus quasi sub veritatis colore depinxit. Alius corpus ipsius veritatis declarauit. Quos enim obuolutos adhuc mundi caligine: ad comprehendenda ea quae germana erant: ac solida propeudit: eis obseruantiae ordinem suspensio subtili quodammodo examine susurravit. quos autem deprehendere posset absolutum praedicationis carnem agnouit: eis deus perfecta harmonia solidae vocis intonauit. Inde est quod figuris & aenigmatibus lex prisca depingit: quonia dum infirma iudeorum acies hebetat: & candidum scientiae claritatis vigorem inspicendae lumen non habent: necesse est ut in varijs figuris figurarum color adhibeat. Nam illis ad virtutum praemia supposita specie permittunt: & peccatorum nota inurunt in corpore. Is enim confirmant alij: quibus alij transferunt in corpore. Praesens lectio exigiti huiusmodi ferre sermonem: quae diuersa lepra genera deprehendenda in diuersis materijs designauit. Alia enim lepra in parietibus demonstrat. Alia humano nota in corpore. alia in vasculis. alia in veste: alia designat in stamine. Deinde quae in huiusmodi uulneris

E